

A. N. O. D.

DE

PRÆDICTIO,
NIBUS ASTRO-
LOGICIS,

COGITATIONES PHILOSOPHICÆ,

Quas

Amplissima FACULT. PHIL. quæ Aboæ est,
ANNUENTE
SUB MODERAMINE,

DrN TORST. RUDEEN,

Poës Professoris Ordin. & Celeberrimi,
nec non Pastoris in Æmar longe meritissimi,
Præceptoris ac Promotoris perenni pietà-
zelo devenerandi.

Speciminis ergo

Candidorum oenlis ac simul animis mo-
deste offert

BIRGERUS GIERDZLIN, Calm:

In Acroaterio Max. horis convetis.

17 Calendas Januarii anni noni & nonagesimi,
Seculi post millesimum septimi.

Impr. apud Jo. LAURENT. WALLIUM,

e Bore *e Gavelin.*

1638

Experientissimo ac Amplissimo
VHO,
**DN. LAURENT.
BRAUN,**
Medicinæ DOCTORI ac PROFESSORI
in inclytâ Regiâ Livonum Acade-
miâ quæ Pernoviæ est Celeberrimo,
Mecænati Promotorique qvo-
vis honoris cultu prole-
quendo
QVÆVIS FAUSTA!

Ingenii hunc fatum qui est prorsus Palladis
expers,
Condecorare tuo nomine conspicuo
Magne o Mecenas, primum dum sum meditans,
Æstu curarum anxius ipse fui,
Sero

Sero etenim veniens nimis, Et minus apta datur,
Miretur quisquam si tremo si paveo?
Namque audere jubet candor, Tibi propria virtus,
Promittitque aditum non fore difficultem.
Hunc sum semper enim primis expertus ab annis,
Contigit ut tanti nominis esse cliens.
Ipse mihi absentem videor nunc cernere vultum,
Quo rix mitior aut gratior ullus erit,
Quapropter captis audacibus annue nostris,
Et solita munus suscipe fronte meum,
Principue mentem cum significare putarim,
Hoc plenam cultus debiti et obsequii,
In Te de nostro quem nulla obliteret etas,
Pectore, fata licet Te procul esse velint.
Præsidique tui radiis tamen ipse coruscus
Semper ero, nec eos nubila diminuent.
Sint precor, usque Tibi non inclemens fata
Sit decus intactum, gaudia perpetua!

Non tam externo signo, quam
magis interno cordis affectu
vovet

Autor.

Den Ehreborne och HögWälachtade
Herr Niclas Schulte /
Förnam Kör- och Handelsman
i Åbo/ wälbewågne Gynnare och
högtårade Nutritio.

Den Ehreborne och Wälförfarne
Herr Setter Bass /
Regimentz Chirugo under Abo
Lähns Infanterie Regiment/ min högt-
åhrade Herr Swåger.

Ag längst åsstundat see / det Phæbus
skulle länckia /
Sin eld-ljyk gnistrand wagn och liufwa
dagen Skänckia /
Den på vår höga Pol, som med sig måt-
te haft /
I liuset någon frucht / som smakat af
den saft /
Apol-

Apollo wan år gie/ åth dem som honom
dyrka

Hvar af Ehr Herrar/ iag/ der till mia
plicht må yrka/

Har altid gjöra tänkt delachtig och
tee fram/

Fast den en dunkel ferg kan hafwa
bland Eht fram.

Dhen dag nu endtlig åhr uprunnen men
ey swarar

Emot min önskan/ ty den frucht han
uppenbarar/

Har nått sin tillwert af en ofructbar
och slett

Minerva/ som ey lärde ån sköta
åkren rått:

Men som iag endast söckt itt prof här
med fram-bringa

Af plicht och skyldigheet som mig ey
binda ringa

Då iag befinner det Ehr unnest sträc-
ker sig

Utdöwer all den tienst Ehr nånsin
wijst af mig/

Så blir iag i det hopp/ at denna ringa
gåfwa

Tagg

Tagg up och tydž så ut/ som iag mig
månde loswa/
Att Eder Gunst mot mig lär dökas
mehr och mehr/
Hår effter som hår till och månge
åhren fler
Att kunna tiena Ehr/ ey siår i min
förmåga/
För allt/ fast iag dher an/ skull vånda
all åhåga
Det iag åtnutit har/ ifrån den förste
dag/
Jag Eder wardt bekant : min mackt
åhr alt försvar.
Fördensfull framgent skall min önskan
detta vara/
Att han som allt förmår Ehr från all
nöd och fahra/
bewarar med sin hand befriar från allt
qwal/
Och öpnar för Ehr sidsi sin himmels
frögde saal:

Med sida önskan offecerat denna
ringa Skrifte

Tiensstyld.
Birger; Gierdzlin;



יְהוָה יְהוָה עַמּוֹ

Bardam que calamo mentem se ad sidera flectis
Gloriam ut illustret respice Christe tuam.

P R A E F A T I O.

Intra cætera omnia omnipotens Numinis divini summe admiranda magnifica que opera, neminem tam veterosum bujus amphitheatri contemplatorem esse arbitror, qui, (modo rationis usus particeps) non ingenuus fatetur in sideribus cuilibet accurate inspicienti offerri quod oculos mentemque summa perstringit admiratione, omnesque ad eorum excellentiam prædicandam movet; Hæc etenim, dum reliqua corpora mixta per se interitui sunt obnoxia, omnem eluderent corruptionem, ni vis quedam supernaturalis in teritum iisdem inferret, quid vero usus præstant rebus humanis, quis est qui ignorat? motu quippe constanti distingunt lucem a

A

tene-

tenebris, atque sic temporum definiunt vicissitudines, constituendo nobis annos, menses, dies, horas, &c. quorum etiam Sol & Luna reliquis propiores varie hæc inferiora lumine suo afficiunt, imò cum ceteris in cognitionem creatoris aliqualem nos perducunt, secundum illud: Cæli enarrant gloriam DEI, & opera manuum ejus annunciat firmamentum: Ex borum namque visibilium intuitu intensori invisibile Numen quodammodo innotescit: Hinc Seneca, in cælum, ait exercisse Naturam vultus nostros, eoqve quidquid magnificentum mirumque fecerat videri a suspicientibus voluisse, tanquam ea quorum incomparabilis splendor ac majestas immersos tenebris mentis oculos, ad contemplandum creatoris magnitudinem illuminaret, eo namque animi proposito cæstia lustrare nos oportet, ut ex immensa eorundem mole, immensitatem conditoris in consilio habeamus, ut ex inenarrabili operum multitudine creatoris omnipotentiam, ex Planetarum errore, constanti tamen, motu, directoris immutabilitatem, ex ordine & positu primo intuitu, confusè sparsorum siderum, ele-

gan-

gantissimo, opificis imperscrutabilitatem & sa-
 pientiam, ex immutato universi vultu ac per
 tot secula perdurante corporum cælestium com-
 page, conservatoris æternitatem & incorru-
 ptibilitatem, paucis, e regni bujus visibilis
 splendore & magniscentia, Rectoris majesta-
 tem & invisibilia cognoscere, prædicare, devo-
 tissimaque ac humilima mente colere magis
 magisque discamus. Et hæc est illa Astro-
 logia quæ & homine Christiano digna, Deo quod
 grata est; Quamobrem non possumus satis
 admirari eos, qui non tantum corpora illa cæ-
 lestia diversissimæ naturæ faciunt, verum et-
 iam, pro vario, eorundem, inter se nexus, varie-
 res omnes in hemispherio hoc inferiori affici
 determinarique statuunt, imò, eo absurditatis
 proiecti, ut exinde omnia quæ in mundo sub-
 lunari futura sunt, sese non tantum exa-
 cte præscire, verum etiam infallibiliter præ-
 dicere posse gloriantur, tribuentes sic opificio,
 quod debetur opifici, nec ponderantes summum
 ac verum DEUM, per hoc, tanquam infalli-
 bile κερθεον à gentilium Diis, certissime
 dignosci velle, ut in plurimis scripture locis
 ipse asserit; Hoc, jam etiam atque etiam in

animo volutans, accedente denique quorundam Celeberrimorum Praeceptorum meorum instinctu, quibus & summam reverentiam & quidquid mihi est, debo, in illis quae sunt de Vana Astrologia ingenii vires experiri apud animum constitui, qua materia licet plus in recessu babeat, quam ut mea tenuis Minerva ea omnia complecti, digneque ut ejusdem requireret nobilitas delineare valeat, non potuit tamen me rei difficultas, a proposito deterrere, memorem illius Terentii Nihil tam difficile est, quin querendo queat investigari: stimulante etiam hoc, quod dici solet: Qui nunquam male, nunquam bene. Quamobrem, si Benevole Lector, aequitate potius, quam jure tuo, quid hoc in negotio tibi in me licet, testari velles, esset quod magnopere optarem.

S. I.

Hisce præmissis, more a plerisque recepto observato, jam quid sit Astrologia proxime exprimere nobis incumbit, in quo multum immorari tanto minus e re esse ducimus, quanto nobis con-

5

constat certius, quemlibet, qui aliquali
modo rerum imbutus est notitia, hoc si-
bi satis habere perspectum cognitumq;
sufficit ideo pro ratione instituti innuere
Astrologiam olim sub Astronomiæ no-
mine venisse, recentiores autem scripto-
res hanc, ab illa, rectius distinxisse, ut &
utriusque nomina differentiam quæ in-
ter illas est involvant: *Astronomia*, enim,
astrorum lex & *ratio* est, *illorum natu-*
ram, *situm*, *ordinem*, *magnitudinem*,
distantiam, *aliaque indagans accidentia*
ac Phenomena: *Astrologia* autem ex a-
stris *astrorumque qualitatibus*, *motibus*,
congressibus, *aspectibus*, *similibusque acci-*
dentibus, *prognosis* sive *prædictio* est: Unde
non immerito divinatrix & *Judiciaria*
dicitur, quoniam officium Astrologorum
volunt esse vires atq; effectus stellarum
scrutari, quas in Elementis & elemen-
tatis corporibus mutationes, pro va-
rio in cœlis positu, secundum sententiam
illorum, excitant, notare, regulas de
temperamentis & inclinationibus huma-
norum corporum medicis, de auræ mu-

tatione, ventorum, pluviarum, siccitatis, sterilitatum &c. eventu, praescribere, eventusq; futuros longe ante prænuntiare.

§. II.

Jam, ut eo felicius in cæteris progredi-
jamur, inque intimorem rei, de quo
acturi sumus, perveniamus notitiam,
opiniones Astrologorum circa influen-
tias ac proprietates siderum in antecel-
sum perpendere placuit, præcipue cum
tota illorum divinandi ratio, hisce tan-
quam infallibili basi innitatur, deinceps
judicium nostrum, præeuntibus nobis in
his auctoribus probatissimis, quibus &
cordi veritas, quique rem exquisite
satis rimati sunt, subjungere pergamus.
Cum verò omnia quæ circa hanc rem
observatione digna sunt, expondere nec
valeamus, nec nostri sit instituti; proin-
de præcipua tantū capita attingere ani-
mus est, initium sumendo a Sole & Lu-
na, a quibus & Astrologi cœlestium in-
fluentiarum veritatem demonstraturi
exordiuntur, uno quasi ore clamantes,

So-

Solem planetarū maximum & lucidissimum, lucem, calorem & vim vivificam toti mundo impertiri, suoque motu temporum describere vicissitudines, &c. Lunam præesse humiditatibus easque augere vel minuere, vimque suam intendere, vel remittere, pro diverso luminis statu, crescente enim Luna humorem augeri, decrescente minui & exauriri dicunt, experientiam adducentes testē, quod scilicet animalium corpora hominumque pro incrementis & decrementis Lunæ, sua etiam habeant incrementa & decrementa, sic Ostrearum & Conchyliorum corpora à potestate lunari, augeri, vel minui, docet Plin. l. 2. de hist. Anim. c. 4. & Arist. de Gen. Anim. Nec non cancerorum carnes & ossium medullas in animalibus, lunæ incrementa & decrementa sequi, in arboribus & germinibus prout Luna crescit & decrescit, humores etiam crescere & decrescere, & hanc esse causam quod ligna tempore decrementis Lunæ cæla, carie non infestentur, affirment, Epilepticos, denique,
hy-

hydropicos, Phthisicos, fæminasq; menstruales, & generatim omnes, quæ sunt imbecillioris tenerorisq; valetudinis, lunæ menstruas variationes notabiliter sentire, ultimo Oceani quoque fluxum refluxumq;, cum annuis suis menstruisq; ac diurnis mutationibus, a Luna manifestissime dependere, statuunt.

§. III.

PRÆTER has, cæteris etiam stellis, suam in hæc inferiora efficaciam nihilo quidem Solari Lunarique minorem adsignant, idque virtute quadam singulis propria, & ab ipsorum lumine ac motu prorsus aliena, statuentes, effectus, qui Soli, Lunæ, Marti, cæterisque planetis tribuuntur, esse valde diversos, lumen autem eorum, non adeo varium, cum sit in plerisque ipsissimum Solis lumen a Planetis ad hæc inferiora reflexū, ideoq; ut effectus tam diversos producant necessum esse, ut præter lumen variis polleant virtutibus, afferunt. Hinc ḥ a Genethliacis infortunam majorem dictum faciunt natura tardū, & propter motum suum

uum & propter Significationem frigidū
& siccum in gradu excellenti, existima-
tur quoque ægritudines inferre melan-
choliā humorū defluxus, epidemiam,
omnium penuriam ad victum necessa-
riorum, & alia plurima adversa; quippe
natura destructivus, equidem prædomi-
nans in hominum genituris traditur
eos facere significareque pigros, stu-
tos invidos avaros melancholicos, men-
daces &c. ♂ alias infortuna minor, ha-
betur exsiccando urere, atque sic sterili-
tatem exurendo inducere, morbos ge-
nerare calidos & sicos, febres tertia-
nas, sanguinis eruptiones, inflammatio-
nes, morbos pestiferos, mortes repenti-
nas &c, homines facere furibundos, pro-
digos obsecrānos &c. ♀ cum ♀ ♂ ♂ cale-
facere quidem aliquantulum, sed magis
humectare, ♀, tamen cum ♀ omnium
afferre fertilitatem & ubertatem, nisi
in loco dejecto afflitti a malefiscis, aut
aliunde impediti fuerint, item in geni-
turis ♀ producere opibus intentos, ve-
recundos, sobrios, religiosos; ♀ delica-

tos, incontinentes ; in voluptatibus sva-
ves, venustos. (D) vagabundos, tenaces,
debiles &c (Y) se indifferenter habere cre-
ditur, adeoque (O) (D) ac (Y) pro vario
malorum bonorumve consortio, nunc
boni nunc mali ducuntur, (Y) vero in
genituris, singulariter homines reddere
versutos, parcus, agiles &c. volunt; quam-
vis in hisce pariter & aliis magnus
reperiatur astrologorum dissensus et-
iam a se ipsis; ita Cardanus in Apho-
rismo uno Iovem ait significare opibus
intentum, in alio, liberales homines eun-
dem facere testatur. Huic de stellarum
diversitate atque in sublunaria, efficacia,
sententiae faver ex Recensioribus Poiret,
dum ex diversitate terræ corporum cæ-
lestium inferre vult diversitatem, di-
cens: *in minima telluris particula v. g. in*
prato quis innumeras rerum & vis agendi
in sece varietates enummeret, quanta igitur
præ his debet esse corporum cælestium diver-
sitas, & quam multæ agendi vires, secundum
illam diversitatis constitutionem; Et alibi ju-
dicat in immenso cælo ejusque sideribus poten-
tem

II

tem & diversam esse agendi aptitudinem, potenterem, ob eorundem immensam corporum quantitatem, permeationem, fluxum aliorum in alios, diversam, ob diversum occursum corporum mox in hac, mox in illa, jam hoc jam alio modo Planetarum videlicet inter se, tum fixarum respectu. Unde quod unius effluvia cum illis alterius vel plurium aliorum diversimode juncta, varieque in illa impingentia diversas mutationes producant, quae & ipse in diversa corpora quae super tellure sunt incurrentes, eis diversa accidentia excitant, ab illis præcongnita, qui corporum horum occursum regulares, erorumque vires & naturales constitutiones norunt.

§. IV.

Has vero Planetarum vires, intendi vel remitti asserunt astrologi, prout iisti, in hoc aut illo signo, in hæc vel illa domo cæli, sub hoc vel illo cum cæteris planetis aspectu, in hoc aut illo positu cum stellis fixis, quibus omnibus & singulis, etiam multum virium inesse fingunt, facientes alias Saturninæ, alias

4
Martialis, Jovialis, Venereæ, aliasque
Mucurialis naturæ, ut ex uno Argoli
Catalogo videre est Astronom. Lib 3 C.
29. Sic & signorum, quæ vocant Do-
decatemoria, quibus Arietis, Tauri &c
antiqui incolæ nomina, sua concessere
1. quædam dicunt ignea & cholericæ,
aliqua terrea & melancholica, aliqua a-
erea & sanguinea, alia deniq; aquea &
Phlegmatica 2. Distribuunt ea Planetis
in Detrimenta, Exaltationes & Casus,
ita ut cum Planetæ sint numero 7 signa
vero 12, qvinque minoribus videlicet
h 2 ♂ ♀ ♀ singulis bina cederent in
domos proprias, luminaribus autem non
nisi singula, nec enim supererant plu-
ra, ut e Schemate patet qvod habet Al-
stedius pag. 206. Horum opposita si-
gna cujusvis Detrimentum appellant,
qvod in iis influxus ipsorum debiliten-
tur admodum, aut incontrarios pror-
sus convertantur, quemadmodum in his
suis domibus fortius multo & cum au-
toritate qvafsi agant. Duodecim por-
ro domos cælestes constituunt, qvam-
vis

vis in his multum dissentiant artifices,
hasqve non tam variare siderum in-
fluxus, qvam ad certum boni maleve-
tia significandi tantum sive efficiendi
genus, determinare volunt, atqve ita
in prima domo, vitam recens nati &
constitutionem corporis, in secunda, e-
jusdem dvitias & lucra, in tertia, fra-
tres, agnatos & itinera brevia, in qvar-
ta seu imo cæli, parentes & hæredita-
tem, in decima seu cæli summo, hono-
res & magistratus significari: qvæ o-
mnia ob prolixitatem recensere super-
sedemus, plura de his qvi desiderat, a-
deat Alstedii Elementale Astronomicum
eap.7. præterqvam qvod harum domo-
rum significationes expresserat Gauri-
cus his versibus:

Prima domus vite, versat præfagia nostra,
Altera dvitias & bona parta notat,
Tertia dat fratres, iter & breve, relligionem,
Qvarta domus stabiles res, similitasque,
patrem,
Qvinta dabit natos, convivia, dona, jocosqve,
Sexta pecus, servos, & graue membra viris,
septi-

*Septima dat rixas, hostes, connubia, mortem,
Octava heredes, denotat atque necem,
Religionis opes, & itinera longa, sopores
Ad cali culmen, regna, trophea, decus
Spemque bonus genius praebet, fidosque so-
dales,
Ultima carceribus hostibus atque datur.*

§ V.

Adspectuum autem rationem influ-
xus stellarum multum vel adjuvare
vel impedire varieqve temperare exi-
stunt ideo præcipue, qvod in Lunæ
conjuuctionibus & cum sole opposicio-
nibus & quadraturis, aeris & tempe-
statum mutationes, imprimis vero æ-
stuum marinorum notabiles varietates
obseruentur, qvas a positu illo diverso
Lunæ ad solem (qvem adspectū per me-
taphoram dicebant) unice pendere per-
ivisi; unde eandem rationem cæte-
raturum stellarum esse arbitrati sunt,
qvamobrem & illis multum efficaciæ
attribuere pro varia invicem adspicien-
tiū distantia. Sic conjunctionem fe-
li-

15

līcem autumant qvæ intercedat inter
(2) (♀) vel inter alterutrum & (♀)
(♂) (♂), infelicem inter (♂) (♂)
vel in alterutrum & (♀) (♂) (♂) &c.
Speciatim etiam stellarum fixarum cum
Sole congressibus ortui & occasui,
qvam cosmicum & heliacum appellant,
vires adscribunt non spernendas in ae-
ris præsertim tempestatibus ciendis, ut
E. G. Zonam Orionis cum Sole exo-
rientem dicunt aerem turbidum facere,
Arcturum vesperi seu Heliace orien-
tem tempestates commovere, ortum
cornū (ν) pluvias & nives afferre
persvalsum erat Ptolemæo, ac etiamnum
Hyades & Pléjades pluviosas esse, im-
primis autem Sirii & Procyonis exor-
tum Cosmicum notabilem in terris die-
rum Canicularium inde dictorum æ-
stum facere constanter credunt. So-
lis denique & Lunæ conjunctiones &
oppositiones menstruas generatim o-
mnes multæ docent esse virtutis & ef-
ficaciæ annuatimqve redeuntibus Solis
Lunæqve obscurationibus effectus ad-

& certe lapis esset, qvi non sentit Solis calorem benignissimosqe radios, qvibus animalium vita, plantarum vigor & incrementa foventur, qvotantis de novo restaurantur, sine qvibus hæc nulla forent, ac tellus omnis cum circumfusa reliqua sphæra Elementari, gelu vehementi constringeretur. circa Solis influxus autem notandum i. Eosdem non aliunde esse qvam ab ejusdem lumine & qui hoc comitatur calore, imprimis motu a vel ad verticem nostrum 2. Eosdem eodem tempore in diversis terræ locis dissimiles esse, qvod non tribuendum est cælo aut soli, sed terris, qvarum ad Solem rectior aut obliquior, siccior aut aquosior conditio, planities vel montosa asperitas &c. exceptum Solis generalem influxum, ad multiplicem istam diversitatem non aliter deflectit, ac terra lutosa eundem ad sui indurationem, ceræqve fluxa natura ad emollitionem determinat. Sic innoteſcit experientia quotidiana, dum in uno loco serenus est aer, in alio non

non adeo diffito eundem esse nebulosum, turbidum, pluvium: dum hic venti dominantur alibi tranquillitatem maximam existere: dum inter montes, prope fluvios, lacus, paludes, nebulæ densissimæ omnia tegunt, in aperto campo, non procul remoto vernare omnia. Sic etiam quod eadem regio diversis anni partibus eandem caloris solaris non experiatur efficaciam, id non ab alia atque alia partium cœli quantitate est derivandum, cuius una & simplex semper conditio est, sed verius Solis a vertice ad verticem ejusdem regionis accessui & recessui, diuinæq[ue] ejus moræ supra horizontem longiori vel breviori, adscribi debet.

§ VII.

Lunæ efficaciam in corpora sublunaria eo minus in dubium revocamus, quo de eadem, ægrotantium corpora, æstusque maris, nos reddunt certiores, quod autem agat in teneriora ac morbidorum animalium corpora centies sese expertum fuisse testatur Excellen-
tissi-

tissimus ille Philosophus Sturmius in sua Philosophia Eclectica, & stus autem marinos producere Lunam non tam activa qvadā ac cælitus effusa virtute qvam corporis sui pressione motuqve ex hypothesi Renati Descartes & aliorum complurium de rebus Physicis benè meritorum arbitrancrur demonstrari posse, Vid: Cartes. princ: Phil. part: 4. § 49. & seq. Rohault. Phil: part. 2. cap. 29. Hoffwen. Phys: disput. 14. § 9. &c. & sane ex aeris pressione potius dependere illas mutationes, qvibus obnoxia sunt morbo correptorum corpora, pro varia lunæ vicissitudine, non absurde statui autumant authores non leves, qvam ex ejusdem lumine, qvod in interluniis nullum est, vel ab alio influxu, quem sine luminis vehiculo descendere vero simile aut liquidum non est. Qvod vero pertinet ad illos humores, qvibus abundare creditur luna, qvos etiam auctiores sentiunt qvædam sublunaria crescente luna: Hæc est hypothesis Horæ-

norati, qvod lunarem globum terreno nostro similimum supponat, eosdem humores ex ipsa luna cum radiis inde reflexis per evaporationem qvandam ad nostram gravitatis sphæram usqve diffundi, correprosque ab hae porro ad terram detrudi, statuat. Plurima tamen circa hanc rem traduntur, qvorum veritatem destruit experientia, cum inter alios recensiores Physicos, Jacobus Rohault. testetur per 5 lustra se obseruisse ossium medullas in uno eodemqve animalium genere; ostreas, item pisces &c. alios fucci pleniores, alios macilentiores in maximo tamen luminis lunaris incremento, idqve pro alimenti copia vel inopia, pro majori minorive agitatione & vexatione inter undas, vel prout a longinquo, aut a vicinia &c. advecti sunt; menstrua autem fæminarum a lunæ cursu determinari experientiæ repugnare idem testatur.

§. VIII.

CERTUM quidem est planetarum ple-

Crosq; magnitudine Lunam superare simi-

simili quoque modo de Solis lumine su-
um habere splendorem, stellas etiam fi-
xas eujsdem substantiæ esse cum Sole
nec ipso forte multo minores, nonnullæ
etiam majores, unde etiam hic cum luna,
illæ cum sole eandem in inferiora excere-
rent vim & potestatem, si tam immenso
a nobis spatio non distarent, ideoque,
quamvis lumen superiorum planetarum
fixarumq; stellarum e singulis emanans
esset copiosissimum, in via tamen illud
ita debilitatur, ut junctim omnes illustra-
re sensibiliter nocturnas aeris tenebras
non valeant, nulla itaque sensibilis ho-
rum est efficacia in hunc sublunarem
mundum præter exiguum illam lucu-
læ impressionem, qua oculos nostros,
sed non nisi dum aliis lucis motu non
confunduntur, leviter afficiunt, absque
notabili sensibiliive aliqua corpotum in-
fralunarium mutatione. quod si cuivis
stellæ vires in hanc sphæram Elementa-
rem concederemus efficaces, interim
tamen unlo indubio experimento pro-
bari potest influxus illos inter tam in-
nume-

numeris stellas, magis uni quam alii
competere, adeoq; admodum vacillan-
tem dicimus esse illam assertionem, qua
docent (h) esse frigefactivum, cujus debi-
le lumen inter secundæ mangnitudinis fi-
xas vilescit: (♂) omnia exurere, imo ipso
sole calidorem: (♀) (♀) humidos, & præ
sole & luna beneficos, cum tamen certe
omnia quæ ad reviviscentiam fructuum-
que maturitatem perveniant, ea id Soli
debere colligamus: licet eodem tempo-
re innummerabilia astra eundem cir-
cumdedissent, quod accidentem ad ver-
ticem nostrum effectus isti annuatim
consequantur, recedente vero paula-
tim cessent. Quis denique tam stolidus
esset ut in æstivo Sole constitutus præva-
lente semper Solis Lunæq; lumine, causâ
intensioris caloris arcesseret Martem vel
aliam stellam, quod perinde esset, ac si
quis quod e vicino incendio malum i-
minet ædibus ucalegontis proximi, id
ipsi Vesuvio aut Balalvano, Sumatræ in-
sulæ Vulcano, aut vagabundis per ae-
rem

rem ignibus fatuis attribueret: Et quomodo fieri posset ut Saturni, multis plerumque Martialis aut aliis naturæ fixis undique cincti frigus, aut Martis inter Saturninas aliasque medii exsuperantem calorem &c. sentirent nostri Astrologi, maximè cum ipsam naturam quasi exuere, mutare, ac viribus suis varie debilitari dicantur, prout in hac aut ista cæli parte, sub hoc aut alio aspectu & constellatione constituti fuerint. Quis itaque cæli locus esset certissimus dignoscendi indolem cuivis Planetæ propriam, aut quo infallibili argumento probari potest, hoc loco vel tempore magis quam alio cujusvis planetæ vires constare. Hinc Gassendus cum aliis magnæ doctrinæ viris asserit Astrologos e pallida (h) facie deceptos, eidem frigidam naturam adscriptisse, e flammæ Martis vultu ejusdem igneam substantiam &c. inconsiderate arguisse, multo autem inconsideratus in eo egisse, qvod licet terra inde infinitis parasangis remota sit (h) tamen frigus
otis-

Atisqve æstum occultum cum insigni
sublunarum alteratione sentiri volue-
rint. Qvibus observatis illam Poireti o-
pinionem, qva tam diverlas agendi vires
in terram nostram stellis attribuit, hic
non posse habere locum cuivis constat.

§ IX:

Hinc colligi satis potest qvam infir-
mo veritatis fundamento innitun-
tur Astrologorum assertiones circa vi-
rium stellarum incrementa & decre-
menta, fortitudines & debilitates, cum
in iis cujusvis stellæ planetæque indo-
les præsupponatur, qvam observatu im-
possibilem modo indigitavimus, & po-
sito non concessio qvod stellarum sin-
gularum vires in his sublunaribus cum
efficacia essent sensibiles, eæqvè distin-
ctè qvibus insunt compertæ, nihilomi-
nus cætera, qvæ de signis zodiacis tra-
dunt incerta plerumqve deprehendun-
tur, præcipue, qvod Astrologorum tan-
tus est circa horum signorum naturam
& qualitates dissensus, qvorum discre-
pantiam ostendit Calparus Schottus

per 4 tabellas diversæ constitutionis, ut
& Joannes Baptista, qvi se Astrologiæ
restauratorem esse jactitat in Astrolo-
gia Gallica lib. 14. sect. 1. Ptolemæi &
Cardani sententiam de natura signorum
fallam esse probat. Præterea etiam cer-
tissimum est, & multorum annorum,
post Iuscriptas Europæorum in orientem
& occidentem navigationes, atque in
iisdem locis diurnas commorationes, ex
perientia stabilitum dum Sole apud nos in
(V) aliisque borealibus signis existente
intollerabiles sentiuntur æstus, apud anti-
podes atque antœcos frigore omnia ri-
gere: aliæ ergo qualitates signis eis-
dem attribuendæ sunt apud nos, aliæ a-
pud alios, quæ aliam atque aliam in ijs-
dem signis naturam, si secundum se spe-
ctentur arguere nequeunt. Distributio-
nem etiam horum 12 signorum inter 7
Planetas arbitramur prosus esse arbitra-
riam, ut videlicet Soli & Lunæ tanquam
minorum gentilium Dijs domicilia sin-
gula, cæteris autem quinque bina cede-
rent, ac in divisione nec deficeret quid-
quam

qvā nec exederet nec ulla observatione
nec ullo experimento constat. Nec majo-
ris momenti est constitutio illa domorū:
qui enim potuit unquam Astrologis ob-
servationum certarum consensu consta-
re quid in quaque domo, planeta quisq;
valet aut decernit significatque, cum in
illis constituendis adeo quoq; discrepant
veteres ac Recentiores ut 5 diversissimos
erigendi Thematis modos nobis enu-
merat Ranzovius & Organus, in quibus
propria Astrologorum prudentiorum
confessione fictitiis refellendis operæ
preium non est immorari.

§. X.

Quamvis porro opinio de adspectuum
efficacia in initio omnino admitti de-
bere videatur, præsertim cum & ratione,
quæ vires intendi ex unione & conju-
ctione rerum similium probat, & Solis lu-
næq; congressum configurationumq;
experientia roboretur, tamen si rem ac-
curatius examinemus nihil facit ad rem,
a magnis enim ac terræ vicinis luminibus

Sole scilicet & Luna ad stellas remotissimas ingenti saltu argumenta extrahere ~~ἀστλαόμενον~~ est. Lunares namque adspicere cum Lunæ copiosi atque notabilis luminis augmento ac decremente esse deprehendimus, quod tamen in reliquis planetis præter (♀) & (♂) aut nunquam aut armato oculo vix perceptibile notatur, ex horum tamen lumine auctiore vel imminuto nulla sensibilis effectuum varietas expectari potest, cum & plena Veneris Mercuriique facie emissum lumen, tum ob nimiam ipsorum distantiam, tum ob nimiam Solis viciniam, naturam sublunarem mutare notabiliter non potest, idem judicium ferendum est quoque de cæteris. Quis enim a præjudiciis vacuus sibi unquam persuaderet (♀) E. G. aut (♂) adeo vicinos Soli, sive sub ipso fuerint & terris proximi, nulloque visibili radio hæc sublunaria feriunt, sive supra aut post eum constituti, præ fulgore Solis nitidissimo æstuque vehementissimo posse parvula sua & a Sole emendicata lucula orbem

bem Elementarem ita afficere, aut Solis efficaciam ita vel augere vel immutare, ut ab illis esse quidquid vel boni vel mali percipitur, distin^ctē cognoscatur, aut quis credat in conjunctionibus planetarum similiūm majores eorundem vires esse, cum superioris influxus ab inferiore interposito impediatur, quam cum ab eadem conjunctionis linea digressi, vires suas in terras liberius effundere valeant; his accedit propria Astrologorum confessio, statuentium vim adspexitus unius facile retundi confundique non tantum ab aliis circa idem tempus contingentibus, sed etiam a loco & signo Zodiaci diversæ qualitatis, fixarum item vel verticalium cosmice aut heliacē orientium & occidentium, vel alterutri ex aspicientibus invicem Planetis vicinarum & ejusmodi innumeris aliis. Quam certa vero sit Astrologorum circa hæc experientia, inde concludi potest, quod unus idemq^z Planetarum adspexitus in iisdem cæli locis Zodiaciq^z signis, cæterisq^z circumstantiis iisdem permanentib^s vel nunq^vā, vel non

nisi complurium seculorum lapsu redire potest, adeoque impossibile est, ut observationum plurium experientia de hujus vel illius adspectus virtute formari regula potuerit. §. XI.

Id vero maxime nos in admirationem rapit si scilicet stellis efficax concedatur ac distincte cognita influentia; cur hæc non credatur tunc magis sentiri cum terris immineant inter vicinas alias aut debiliores aut non multo fortiores, quam ubi Lunæ adjunguntur aut Soli, qui & validiore multo & terræ viciniorē influxu prævalentes, earum vim vel redundunt aut penitus absorbent. Qvis enim ratione audita credit, Hyades & Plejades ea præsertim anni parte humectivam suam virtutem exercere maxime qua Solem calidum & exsiccantem sibi habent ita conjunctum ac terram inter ipsosque positum, ut impossibile sit vel radium ex ipsis unicum attingere terras, aut si quem admirerint solares flagrantissimi, ejus vim magis in mundo sublunari sentiri, quam

quam vini guttulam unam in immenso Oceano, aut Caniculam dum extra consortium solis inter minutiores multo stellas circa terram quotidie fertur, ne minimum tamen æstus sui & adustivæ virtutis facit indicium, tum demum istam efficaciter prodere, quando Soli conjuncta sub ejus radiis delitescit, idem est ac si quis ratione simili Ætnæ incendia in his nostris oris nunquam sentiens, tum tamen, ubi vicina quædam domus inopinato incendio correpta, ex eadem plaga meridionali ipsum arderet, Æthonæos etiam ignes multum eooperari, & caloris incrementa notabilia dare, sibi persvaderet. Non est alienum quod hac de re commemorat Excellentissimus Rohault. dicens astronomiæ peritos olim in usum vitæ civilis annotasse varios dies anni solaris, quibus haec aut illæ stellæ fixæ ante orientem Solem sub quo diu latuerant, primum iterum conspiciebantur (inde oriri co[n]mice dictæ) una cum aëris temperie ac tempestatibus eodem tempore ordi-

ordinarie, sed ex influxu Solis ac Terræ cujusdam conditione nativa accidentibus E. G. orientibus hyadibus aut pleiadibus in asterismo (v) esse tempestatem in septentrionalibus hisce regionibus plerumque pluviosam, oriente Sirio maximum aestum &c. ab ignaris autem postea id quod signi vices gerebat pro causa habitum, ac hyades inde pluviosas & humidas, Caniculam calidam & siccām saltem efficienter creditas fuisse. His accedit qvod incolæ partis terræ meridionalis, & supra quorum Zenith ea stella pertransit, potiori jure existimare debeant stellam illam natura sua frigidam esse, qvia eodem tempore quo illa cum sole exortur, ea scilicet tempestate qua maximum nos experimur aestū, ii intenso afficiuntur frigore, media in hyeme constituti.

§. XII.

Qvod jam ad Ecclipses spectat, non facimus eas prorius inefficaces, experientia probante in eorum oculis & conseqventer animis qvibus insolitæ rei

rei causa ignota est, efficacissimam esse
illam apparentiam cœlestem; hoc pro
certo habemus Ecclipses Lunares ope-
randi virtute, non planè esse destitutas,
quandoquidem in totalibus præsertim
luminis ejusdem copiose lateque diffusi
repentinus defectus, facile mutationem
inferre potest humoribns jam ante tur-
bulentis ac corporibus quæ vel ab auræ
cujusvis afflatu sibi metuunt, quamvis
non deficiant exempla valetudinario-
rum & gravidarum partui imminen-
tium, quibus Ecclipses Lunæ totales &
cum magna mora non solum sine no-
xa & sensibili corporis mutatione, sed
etiam cum singulari animi voluptate
spectatæ sunt. Alia vero bene habenti-
um corpora aut reliquam naturam sub-
lunarem ejusmodi passioni luminari ob-
noxiam esse, nec experientia nec ulla
ratio nos cogit affirmare; quantum quæ-
so detrimenti nobis afferret quod care-
amus lumine lunari, nobis modo co-
piose satis fulgente, quo etiam non mul-
to post fruimur æque copioso, quando a-

lias circa interlunia, hebdomadibus sæpe totis illunes innoxii transigimus noctes? Quid nocere possunt solares etiam totales cum majori dispendio lucis atque radiorum, nubes sæpe per complures dies solis fulgorem sine aliquo danno suffocent? Et si obscurati Solis influxus cælestis gravior esset illis terris, quæ e diametro ei opponuntur (ut saniores Astrologi judicant). & Ecclipsium vis responderet magnitudini ac moræ earundem, necessum esset eas terræ regiones quæ sub Zona torrida continentur, omnium esse infelicissimas, maxime steriles & emorientes, Zonæque illius incolas & nunc esse, & olim fuisse & in perpetuum futuros omium mortalium sceleratissimos & cæteros terræ habitatores magis vel minus religiosos pro majori vel minori ab illa terræ parte distantia, cum vix ullus annus præterlabitur, quo minus illi, qui in istis torridis locis versantur, solis totalē Ecclipsin non observant, terra tamen eorum magna frumentorum aromatumque pretiosorum copia abundante.

§. XIII

Dum ad ea jam animū advertim⁹, quæ de novarum stellarū seu Cometarum virib⁹ narrantur(si sermo est de cometis extra hunc vorticem aut hanc terræ atmosphærā observatis) non majus fundamentum in re videntur habere quam cætera. Quod enim Claudian⁹ afferit *In cælo nunquam impune spectatum Cometen*, id speciem veritatis non habere posse exemplis conatus est probare quam plurimis Joh: Babtista Riciolus Almag. Novi lib: 8. seet i Cap. 5 Cometarum vero ortum semper in terris tristes effec-
tus infecutos, præcipue autem principis mortē portendisse, experientia non dum ita edocuit, ut certo quis credere possit solos Cometas horum effectum vel caufas, vel signa extitisse, Tanta namque est cohors principum morti, ut cæteri mortales, succumbentium, ut impossibile fere sit in cælo oriri Cometam, ac in terris veleodem vel in sequenti-
bus annis principem non e vita excedere, quemadmodum tam multæ sunt indies a-

licubi pluviæ, ut impossibile sit baculum
in angulum statuere, ut non vel eadem
vel in sequenti die, hebdomade, mense,
alicubi terrarum cælum profundat plu-
vias; Huic sententiæ accedit quoque
subtilis Scaliger inquiens: multos viros
fato funestos fuisse, multos principatus
in nihilum redactos, familias illustrissi-
mas pessundatas, nullo Cometa indici-
um præbente: Notandum porro est,
non omnibus ubique terrarum homi-
nibus simul infausta vel læta & exo-
ptata esse, sed quando una regio va-
riis torqvetur calamitatibus, alteri o-
mnia ex voto succedere possunt, unde
apparet si aliqua efficacia Cometis esset
attribuenda, eos indifferenter se habere
ad fausta & tristia significandum effi-
ciendumque. Hoc denique est quod
prohibet ne cometis aliquam vim ad
producendos in his inferioribus bonos
vel malos effectus assignemus, quia in-
definita est illorum a terra distantia,
certam enim non habent parallaxin, un-
de eandem habent rationem quoad ef-
fe-

fectus in sublinaria Cometæ, ac stellæ fixæ, quibus ut vix ullam vim in rebus sublunaribus mutandis competere respettu ad earum lumen habitu suspicamur ita nec his aliquam concedere possumus. Concludimus itaque cum beatissimæ memoriæ Doctore Hoffwenio an *Cometa aliquid portendat vel causa sit calamitatum, belli, famis, mortis &c. pie licet credere sed nequimus id Physice monstrare.* Disput. Phys' 9. §. 10.

§. XIV.

His ad rectæ rationis trutinam ex-
pensis facile percipi potest quam
parum certæ sint Astrologorum præ-
dictitiones & vaticinia, quibus omnes
effectus sublunares ex astris judicant,
& quam infirmis, vel plane nullis fun-
damentis superstruantur cum plerorum
que effectuum in orbe sublunari mani-
festior causa peti possit a terra, & quod
aeris mutationes concernit, ventorum
originem Soli quidem ut causæ genera-
li, terris vero ipsis & corporib⁹ terrestri-

bus ut causis specialibus & in hanc potius quam in aliam plagam dirigenibus, ipsis autem ventis prout ab ortu occasu, aut cæteris mundi partibus adspiraverint, pluvias, nives, aut serenitatem, frigidam aut calidam aeris constitutionem deberi, tanto nobis constat certius, quanto rarius calendario-graphorum prædictionibus eventus respondet, ut Gassendus dicat se testari posse sæpius idem sibi contigisse, quod Joanni Pico, qui observatis tota hieme aeris mutationibus, vix ex centum triginta, sex aut septem repererit, qui cum Astrologorum prædictionibus contentiebant, his testem se sifit prænominatus Sturmius, qui per novem annos aëris tempestates, cum Astrologorum regulis calendariorumq[ue] vaticiniis nullam congruentiam habentibus contulisse se prædicat; Hi autem Astrologi si fidere magis vellent oculis quam traditionibus aliorum, in his nostris regionibus copiosarum & continuarum pluviarum cum vento occidentali connexionem ferè per-

petuam obſervarent, variantibus interim
multum cæleſtium corporum aspecti-
bus, huc ſpectat etiam annua navi-
gantium ad ora Afriæ, Africæ, aliaque loca
remotiora, experientia, probans in re-
gionibus Zonæ torridæ plerumq; omni-
bus non ita vagas & incertas ut in no-
ſtris climatibus, ſed ſtas & cer. as eſſe
iisdem anni mensibus quotannis eadem
aeris tempeſtates, cum alia tamen ſem-
per ſit adſpectuum ratio. Obſervandum
præterea quod eodem momento quo no-
bis cadunt imbræ, grandines aut fulmi-
na, alias non remotiores tantum, ſed vi-
cinores quoque terræ partes omnimo-
da gaudere ferentia. Nec quidquam
nos movent obſervationes Chaldæo-
rum Ptolemæi & antiquorum universim
omnes qvas ſubinde crepant, qvod ali-
bi locorum habitæ ſint, ideoq; nec poſ-
ſunt nec debent omnibus accommoda-
ri regionibus, nec valent exempla illa
plerumq; dubiæ fidei, quibus oſtende-
re conantur prædictionibus eventum
reſpondiſſe, cum in promtu ſint multo

plura vanitatem Astrologiæ ejusmodi probantia, qvorum unum hic propnere sufficit de Joh. Stöflero, qui ex coniunctione magna omnium planetarum, æqvinocrium vernum A.^o 1624 in signo (λ) aqueo antecessura, diluvium pene universale certo prædictum, cujus rei gratia. plurimi per Galliam Italiam, Hispaniam, Germaniamque montium occupavere juga, contigit tamen ut totus Februarius, referandis cæli cataractis destinatus existeret serenissimus & siccissimus.

§. XV.

Expositis sic breviter iis quæ observatione eguere circa prædictiones tempestatum, reqvirit tractationis ordo ut Astrologorum superstitionem divinandi temeritatem e genituris hominum considerationi subiciamus. Qvod igitur ad illud quod certo statuant ex astrorum positura, ex ordine & vi qua influunt, in lucem prodeuntibus infantibus vitæ, interitus, morumque rationem disponi, in memoriam revocamus ea

ea quæ de siderum viribus ex positu
ordineque eorundem a nobis antea pro-
lata sunt, quibus hoc addimus scilicet in
hominum genituris æstimandis ipsum
nativitatis momentum & constellatio-
nem ad idem momentum supponi de-
bere, quorum tamen neutrum aut anti-
quioribus Astrologis perspectum esse po-
tuit, aut modernis, excultiori licet Astro-
nomiæ calculo fruantur innotuit, tanta e-
nim vertigine notum est rapi cælum ut u-
nius minuti morula intercedente stellæ a-
liquæ ex uno Thematis domicilio in ali-
ud quod oppositæ prorsus aut diversæ
saltæ significationis sit, permeent: totam-
que adeo præagiendi rationem immu-
tent, ut nisi præcisa & in puncto statuatur
constellationum ratio, una eademque ad
plures eodem die natos sortique diver-
sissimæ obnoxios referri posset, cui itaq;
hominum sua fata certo relaturi sunt
Astrologi? posito autem quod infallibiliter
animadverti posset, quo situ vigoreque
stellæ essent, hoc vel illo nato, non ta-
men eo certiores inde evadunt Astro-

logi de natnra infantis, nam si diu na-
scitur puer; quod læpe fit ut unum mem-
brum citius, alterum tardius producatur,
& denique totus edatur, quænam ideo
astrorum collocatio illi fatalis erit, an
quæ adstitit exeunti capiti, an quæ pro-
ductum respexit? cur non ea potius at-
tenditur quæ fuit cum animaretur fæ-
tus in utero, quidni cæteræ sub quibus
tenerum corpus, & anima in utero ma-
terno instruebatur ad vivendi patienti-
am? certe eodem iure ex eorum fide-
rum conditione dependere infantem
existimamus ac ex horum quæ tempo-
re nativitatis apparent, unde ariolatio
potius sumenda a tempore conceptio-
nis, quod ipsos æque ac nos latet, quam
nativitatis: si vero a nativitaits momento
vaticinium institueretur tum notum est
obstetrices partum multum accelerare
vel morari posse, & sic penes illos esset
tribuere fata eaque pro arbitrio permu-
tare. Perinde alias est quænam con-
stellatio attendatur, non possumus enim

no-

uobis persuadere tantum sideribus in corpora nostra imo in mentes esse imperium ut ex illis exspectemus felicitatem vel infortunium vitæ genus & mortis arbitrium, num enim qui Martem sequuntur & in prælio una occumbunt, sub eodem cæli adspicere nati erant, vel quando in mare perit navis, nonne ea nulli vecti, nisi quos nascentes astra naufragio damnaverint, equidem sub cælo diverso producti coeunt in aciem, navigio imponuntur, ac dispare ortus una morte conjungunt. Et quotquot eodem nexu astrorum eandem aspiciunt lucem uno tamen fato nec vivunt nec pereunt quot quælo eorum qui simul cum rege editi sunt eadem cum illo fruuntur dignitate ac fortuna? Absurditatem Astrologorum possumus quoque hoc exemplo ostendere. Quando quis in latronem incidens vita ab eodem privatitur, num eadem astra quæ viatorem dum nasceretur, ferro prædonis mancipabant, ipsi etiam prædoni diu fortasse antea nato mentem vimque de-

derunt, ut hunc de medio tolleret, sic eadem de dignitatibus ratio, ad quas per suffragia ascenditur quomodo possunt ea sidera quae alicui nascenti adfuerunt, & (ut volunt Astrologi) dignitatem pollicebantur, aliis mortalibus imperare qui sub iis nati non sunt, ut scilicet eorum suffragiis ad tantum dignitatis gradum provehatur. De quibus prolixe agit Barclajus in Argenide.

§. XVI.

Valeat itaque ejusmodi malè fita vaticinandi ratio ex positu astrorum, cum omnem mortalium destruat libertatem, quanta enim esset nostra libertas, si a tali quod fingunt praescripto siderum nullo modo possemus recedere? curem ego valetudinem, me honores exspectant, quid nitar virtus odio prosequi, virtutique operam dare, si nascenti dictum sit quid me esse oportet? hoc modo perit Dei cultus, amplius enim quid thura offeram, quid Deum venerer, quid ejus auxilium implarem, si non possit aut nolit quod de me

sta-

statutum est defletere; & hoc modo
pro nascituris liberis non Deum sed a-
stra orare necessum est, ut eis sint pro-
pitia, & sic cavendum ne nobis con-
tingat quod cuidam in Germania acci-
dit, quem tanta ceperat supersticio, ut
nec in cubiculum uxoris introiverit,
nisi anta explorasset num boni quid vel
mali minarentur astra, si aliquid infau-
sti significant, solus capiebat somnum,
nati autem erant ei liberi, iique omnes
instani. Nos vero non cogi sideribus vel
hinc constat quod haud pauci impe-
tum (si alias talis vis eis competeteret)
ab iis concitatum ratione domitamus.
Nulla namque re humanum genus, ma-
gis a belluis discrepat, quam hoc li-
bertatis privilegio, quæ sollicitari a sub-
iectis flagrantibus motibus potest, sed
ad vitia aut virtutem adigi nequit in-
vita. Hinc in Philosophorum scholis ni-
hil vulgarius quam sapientis animum
expertem servitutis, ipsis quoque im-
perare sideribus. Unde evidens est ex
astris non statui certo posse quid acturi

passurive sint mortales, nam cum mode-
rari possim⁹ ingeneratis affectib⁹, quidni
illa declinare, qvæ illi affectus peperissent
si fuissemus obnoxii. Si autem omnes
nostræ actiones ita necessario ab astris
deponderent, truxtra negotiis nostris o-
peram curamque impendimus: fierent
enim, vel cestantibus nobis, quæ ipsa præ-
scipsero, & quæcunque vetuere, nul-
la nostra industria procederent. Vis
denique illa quæ infelicem nascenti pu-
ta infantι vitam portendit, aut violen-
tia mortis casum in trigesimum forte
aut amplius vitæ annum constituit, aut
duret in cælo & destinatum tempus
exspectet, quo terris illabens effectus
producit antea destinatos, aut inser-
tur ipsi infantι, ut veluti fota paulatim
coalescens jussō tempore erumpat im-
pleatque quod astra mandaverant, jam
absurdum est asserere vim istam con-
tineri in cælo, quia ex mente Astrolo-
gorum fortuna infantis constat ex eo
modo quo astra dum infans nälceba-
tur inter se juncta erant, postquam
jam

jam eum modum in cælo deleverit astrorum continuus motus aliumque efficerit priori contrarium, ubi tum recondetur prior illa vis quæ demum post longam annorum seriem se exerat. Nec potest adherere infati & circa adultam ejus ætatem primum aliquid valere, id enim pejus nugamentum est, sic in naufragio constituti, quod vitam perdant in caula non est vis aliqua astrorum illis insita, sed aut ventorum vis, imperitia gubernatoris, aut instrumentorum navi adherentium infirmitas, ut erudite differit Barclajus in Arg. &c his penitatis ita argumentamur: Quidquid suam in agendo libertatem habet id nullam ab astris determinationem patitur, voluntas humana est talis E. Et sic per, consequens prædictiones Genithiacæ vanæ sunt & nullius momenti.

§. XVII.

Sic rationibus victi Astologi plurima coacervant exempla quibus stabilire nituntur suam de intallibilitate prædictio-

ctionum sententiam, ideo maxime, quod illa probant vaticinia habuisse congruentiam cum eventu; verum inde veritas sententiæ hujus confirmari nequit, luce namque meridiana clarius est, si aliquando contigerit quod prædixerant Astrologi, id non necessitate fatorum, astrisve cogentibus, sed vel ex accidenti evenisse arbitramur, cæcus enim dum vim lapidum spargit, aliquando imprudens potest metam tangere, aut credimus DEUM in vindictam impiæ credulitatis nonnunquam representare mortalibus ea ipsa quæ sibi non ab ipso, sed sideribus metuerunt, sic & insomnia quamvis sine duce oberrent; tamen interdum tortuitas rerum futurarum species referunt; aliunde idcirco non possunt esse ejusmodi vaticinia, nisi uti velint Astrologi malorum geniorum commercio, qui transacta secretaque inter homines accurate explorando & sagaciter de futuris cojiciendo talia illis fuggerunt. Multa etiam horum exemplorum quæ afferunt vana sunt atque incerta:

certa, de quibus ita habet Barclajus in
 Argenide, prodigia ait cum narrantur, exci-
 pi solent favore mirantium, & quamquam non
 ad verum exacta sint, postquam semel scriptorem
 invenerunt. pluribus placent, veneratione cre-
 scunt, vetustate commendantur ; Et quamvis
 unus vel alter eventus vaticinio respon-
 deret, innumera tamē sunt exempla quæ
 prædictionum falsitatem arguunt, illa
 autem omnia recensere unius diei labor
 non est, sufficit nobis unum vel alterum
 hic annotare, unde de reliquis faci-
 le est judicatu, horum singulare est
 Prognosticon Gaurici de Hen. II Gal-
 liæ rege, quem vieturum esse felissimum
 annos 70, deductis duobus mensibus
 prædixerat, Cardano quoque felicissi-
 mati senectutem ipsi pollicito; cum ta-
 men ætatis 40 ex oculari vulnere obi-
 isse ex historiis constet. Sic & Micha-
 elis Nostradami judicium propria manu
 exaratum supra Thema natalium viri
 nobilis Antonii Suffredi : ita namque
 prænunciaverat, erit Suffredus barba pro-
 missa & semicrispa, at ille semper usus fuic

rasa, in media etate dentes rubigine affidentur,
donec vixit ad obitum usq; obtinuit can-
didissimos, in 19 anno vel ciciter, extranea
successione dives erit, at nullam præter pa-
ternam consecutus est; uxorem extra pa-
triam ducet, at ex propria patria con-
jugium quæsivit. Anno 27 spurium fili-
um suscipiet, at hoc inauditum erat; non
pertransibit 75 ætatis annum, at ille non
explevit 54, de quo Nostradamus nihil.
Quam vacillans autem est Astrologorum
experientia quam toties, ac tam auda-
cter in suis prædictionibus venditant e-
gregium specimen nobis exhibet Tycho
Brahæus dum Gauricum & Cardanum
eventa moresque Lutheri, ex ejus ge-
nitura expendentes, apte satis utrum-
que refert hanc istis accommodasse,
quamvis alter 12 Octobris 1483. alter
vero eundem mensis diem anni seqven-
tis 1484, ille tamen horam a meridie de-
cimam, hic primam ipsi supposuisse
natalem, cum tamen ea revera fuisset
undecima a meridie 10 Novembris 1483
Eberi Calendario teste. Merito itaq; va-
frties,

frities, ignorantia, credulitasque inter Astrologorum experientiae fulcra numerantur, dum oblata E.G. genitura, id maxime curant ex præscripto magistrorum ut sexum nati, familiam, regionem, mores & alia circa hanc rem sibi habeant perspecta atque cognita, aut de futuris belli pacisque conditionibus varicinia instituentes, quæ præcesserunt eventa considerant, quæ in prætens agitantur consilia quantum fieri potest explicantur, & ex his & similibus aliis futura utcunque æstimantes & Oraculorum instar ambigue proloquentes, cælestern aliquam constellationem vaticinio suo callide prætexunt. Denique si tanta esset Astrologis ex astris notitia, cur quod præter spem evenit non possunt præcavere sibi ne aliquid adversi illis unquam accidat, omnium autem temporum historie testimonium prohibent eos semper variis fortunæ ictibus expositos fuisse.

§. XVIII.

Ne tamen profus vietas manus concedant, ratione physica sese quod volunt, obtinere posse sperant, dicendo ex stellarum positu & situ gubernari variarique temperamenta ex temperamentis inclinationes existere, ex inclinationibus mores & actiones provenire: Verum præter ea quæ in superioribus de viribus stellarum ex vario positu exposuimus, dicimus exinde opinionem ipsorum nihil acquirere posse stabilitimenti, quod causas remotiores plus hoc in negotio valere censeant quam propinquiores. Cui enim rem æquatore animi lance ponderanti non certo certius constat seminum diversitatem, cibi atque alimentorum diversitatem, vivendique rationem, plus conferre ad temperamenti variationem quam positum astrorum, his addendæ sunt etiam hæ causæ quæ ad mores ingeniaque afficienda non minoris sunt efficiaciæ, nimirum consuetudo,

di

disciplina, instituta atque leges, commercia & permisstiones cum aliis gentibus. Exemplo potest esse Græcia, cuius habitatoribus quid olim fuit ingeniosius, cultius, elegantius; Quid vero iis hominibus qui nostro hoc tempore eundem hauriunt aerem, idem aspiciunt cælum, eandem tellurem colunt, vilius incultius & magis barbarum? sic & alii sunt mores eorum qui vivunt in rebus publicis liberis, alii eorum, qui vivunt sub temperatis principum imperiis, alii eorum qui sub duro jugo atque tyranide degunt, adeo ut eum, qui ejusmodi quid vult arcessere a cælo atque aeris natura, difficultatem suam circa hoc persentiscere non dubitamus; Et licet temperamenta variarentur ad variam astrorum conjunctionem, vana nihilo minus est prædictio inde facta, quippe hominis actiones ex connexione astrorum indeque aeris ac temperamenti constitutione derivare, est hominem sua libertate spoliare & facinoribus atque vitiis ejus, excusationem parare, hæcce

enim omnia tum in humores & astra
reiceret, nam nisi hominis voluntas in
rebus naturalibus moralibusque libera
esset frustranæ fuere omnes leges, vana
omnia præcepta de virtutibus seständis
vitiisque fugiendis, in justæ omnes pœnæ,
ubi enim homini nihil plæne spontaneitis relin-
quitur, ihi non ipse homo, sed qui eidem necessita-
té affert auctor habebitur actionis ad quam in-
vitus membra viresq; suas accommodat: habet
Samuel Pufendorfi⁹ in libro 10 de officio
Hominis & Civis; Non tamen negam⁹ in
mundo superiori necessario eventura ne-
cessitateq; causæ naturalis nixa, tanquam
necessaria prænunciari posse, ut sunt E-
clipses, stellarum conjunctiones, opposi-
tiones &c. ibi enim est necessarius effe-
cti cum causa nexus, in mundo vero
sublunari eventus contingentes, non
nisi contingenter & cum formidine par-
tis oppositæ prædici debere, apud Mor-
alistas in confessio est, potest enim vis
prudens cohibere appetitum & in gy-
rum rationis cogere eundem.

§. XIX.

Ultimum tandem refugium quærunt apud Scrtpturam Sacram, colligentes nonnulla dicta, quibus artis suæ veritatem dignitatemq; corroborare conantur. Imprimis autem urgent dictū illud Matt. 16. v.2. & 3. Ubi CHRISTUS loquitur. Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum enim cælum, & mane, hodie tempestas, rutilat enim cælum. Sic & Gen. i. 14. *Creavit J EHOVA duo luminaria magna, ut sint in signa; verum nihil hæc sententiæ eoruū patrocinantur,* nam in illo dicto Matth. 6. Salvatorem id non ex propria sententia, sed ex opinione aliorum dixisse constat, nec loquitur dictum illud de præcognitione & prædictione eventuū futurorum quæ fortuna aut fato eveniunt. Ex dicto vero Gen. i. inferre volunt instituisse DEUM hujusmodi artem, aut declarasse sidera eo fine a se creata, ut cognosceremus futuros eventus, quos cognosci ex illis profitentur Astrologi. Ve-

Verum ad Calendas Græcas probare pos-
sunt hoc in illum sensum esse detorven-
dum hic autem est sensus genuinus: pro-
pterea duo luminaria magna & stellæ a
Deo factæ sunt ut signa forent quibus or-
do & successus temporis notaretur un-
de horæ diei meridiei, noctisque desi-
gnarentur &c. at illum locum de si-
gnis conjugii & cælibatus, amoris
aut odii, honoris aut infamiae, virtutis
aut nequitiae, longitudinis aut brevita-
tis vitæ, sanitatis aut morbi, mortis na-
turalis aut violentæ &c explicare, id
repugnat ipsi scripturæ, qvæ supponit
hæc solum prænoscî aut prædici posse
a Prophetis, hoc est a viris spiritu di-
vino afflatis, & non cælo spectando
adictis, quamobrem datnat Chaldæos
qui profitebantur se ista ex ipso cælo
deducere posse, notus est Elaiæ locus
C. 47. 13. dum Babylonem quam appel-
lat Chaldæorum filiam ita alloquitur,
*Deficisti inquit in multitudine consiliorum
tuorum & salvent te augures celi, qui con-*
tem⁹

vempiabantur. sidera & supputabant menses, ut ex eis annunciasent ventura tibi, ecce facti sunt tanquam stipula, ignis combusserit eos, non liberabunt animam de manu flammæ, Sic & Jerem. Fuxta vias genium nolite discere, & a signis cali nolite metuere, quæ timent gentes; quia leges populorum vanæ sunt. Non itaque adeo miramur Astrologos priscorum temporum in accersendis cælitus effectuum sublunarium causis, frequentissime a vero aberrasse, cū maximæ pars corporum cælestium illis incognita absconditaque fuerit, qvis namque ignorat ab Astrologis hujus seculi præter septem planetas, totidem novos alios in cælo telescopiorum ope detectos, fixas quoque ignotas ante, multo plures quam quas unquam antiquitas inermi oculo contuita est, cognitas esse, imo in Solis facie obortas aliquando maculas & fuliginiosas quasi nubes, vastitate sua, totius Europæ, Asiacæ aut Africæ amplitudinem adæquantes, deprehensas. Hæc jam sunt quæ incultus ingenii mei

58

ager circa hoc argumentum producere
 valuit, quæ licet valde exigua sint sub-
 tilitatique Materiæ in minimis haud re-
 spondeant, defectum tamen huncce, æ-
 quissimum benigni lectoris judicium
 confido. Suppleturum, atque sic hisce
 tanquam ad majora incitamentis
 pro ratione instituti conten-
 tus claudio:

Gloria in excel's tibi sit moderator Olympi
 Qui regis atq[ue] foves omnia quæ orbis habet.

